



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Si quis de vno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam
polluerit, vel aliquod crimen capitale commiserit. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

cum gemitu deprecans, vt misericordiam suam, & adiutorium det gratiæ suæ, præbeatq; tibi dominus Christus, vt possis resistere malis cogitationibus. Nam & medici, qui corporibus hominū medicamenta conficiunt, & adhibēt, quanuis omnia cum summa diligentia faciant, veruntamen si ille qui infirmatur, nō se abtineat à noxiis cibis, vel de aliis quæ solent lædere infirmitates, nihil ei proficit cura, & diligentia, & sollicitudo medicorum. Similiter etiam, & in animæ languoribus eueniet: licet cum omni intēctione, & ex toto corde sancti patres, qui sunt medici spirituales, exorent misericordiam Christi domini saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulat adiuari, nisi & ipsi cū omni intentione mentis tam in orationibus, quam in omni opere spiritali, quæ Deo placita sunt, faciant, non eis proficient orationes eorum.

De sponsa fratris, si frater eam voluerit. Cap. XLIX.

Ex cōcil. Triburi. cui inter- fuit rex Arnol- phus, ca. 10. **Q**uidam desponsauit vxorem, & dotauit, cum ea con- re non potuit. Quam frater eius canculo corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, vt quanuis nupta esse non potuerit legitimo viro, despōsatam tamen fratri, frater habere nō possit. Sed mœchus, & mœcha, fornicationis quidam vindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur.

Si quis de vno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam polluerit, vel aliquod crimen capitale commiserit. Cap. L.

Ex eodē cap. 42. **S**i quis de vno in alium omnino transmigrat episcopatum, & si, quod absit, contingat eum filiam sororis suæ, amita, aut matertera, auūculi, vel patruī polluere, aut aliquod crimen capitale committere, episcopus in cuius tūc dioecesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat ius & potestatem secundum canonicam autoritatem, & nostram synodalem institutionem flagitiosum coercere, & ad pœnitendum emollire. Per quē enim melius rei veritas ventilatur, quàm per illum sub quo habitat, & habitare desiderat.

De mulieribus, quæ absente marito conceperint, & fœtum sustulerint. Cap. LI.

Ex cōcil. Elberta. cap. 3. **S**i qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine dī-